

INTROIT Psalms 49: 5, 6, 7

Congregáte illi Sanctos ejus, qui ordinavérunt testaméntum ejus super sacrificia. Et annuntiábunt cæli justítiam ejus: quia Deus tuus ego sum. (T.P. Allelúja, allelúja.) (Ps. 49: 1) Deus deorum Dóminus locútus est: et vocavit terram. Glória Patri et Filio et Spíritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Congregáte illi Sanctos ejus, qui ordinavérunt testaméntum ejus super sacrificia. Et annuntiábunt cæli justítiam ejus: quia Deus tuus ego sum. (T.P. Allelúja, allelúja.)

COLLECT

Deus, qui pópulis tuis indulgéntia consíliis et amóre domináris: da spíritum sapiéntiæ, suffragántibus méritis Antístitum Ecclésiæ tuæ, quibus dedísti regímen disciplínæ; ut de proféctu sanctárum óvium fiant gáudia ætérna pastórum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Hebrews 13: 7-17

Fratres: Mementóte præpositórum vestrórum, qui vobis locúti sunt verbum Dei: quorum intuéntes éxítum conversatiónis, imitámini fidem. Jesus Christus heri et hódie: ipse et in sæcula. Doctrínis váris et peregrínis nolíte abdúci. Optimum est enim grátia stabilíre cor, non escis, quæ non profuérunt ambulántibus in eis. Habémus altáre, de quo édere non habent potestátem, qui tabernáculo deserviunt. Quorum enim animálium infértur sanguis pro peccáto in Sancta per pontíficem, horum córpora cremántur extra castra. Propter quod et Jesus, ut sanctificáret per suum sánguinem pópulum, extra portam passus est. Exeámus ígitur ad eum extra castra, impropérium ejus portántes. Non enim habémus hic manéntem civitátem, sed futúram inquirimus. Per ipsum ergo offerámus hóstiam laudis semper Deo, id est fructum labiórum confiténtium nómini ejus. Beneficéntiæ autem et communiónis nolíte oblivísci: tálibus enim hóstiis promerétur Deus. Obædíte præpósitis vestris et subjacéte eis. Ipsi enim pervígilant, quasi ratiónem pro animábus vestris redditúri.

GRADUAL Psalms 131: 16-17

Sacerdótes ejus índuam salutári: et sancti ejus exsultatióne exsultábunt. Illuc prodúcam cornu David: parávi lucérnam Christo meo.

LESSER ALLELUIA Psalms 109: 4

Allelúja, allelúja. Jurávit Dóminus, et non pænitébit eum: Tu es sacérdos in ætérnum, secúndum órđinem Melchisedech. Allelúja.

(After Septuagesima the Alleluia is omitted and the following is said:)

TRACT Psalms 111: 1-3

Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis ejus cupit nimis. Potens in terra erit semen ejus: generatio rectórum benedicétur. Glória et divítiæ in domo ejus: et justítia ejus manet in sæculum sæculi.

(In Eastertide the Gradual, Alleluia, and Tract are omitted and the following is said:)

GREATER ALLELUIA Psalms 109: 4

Allelúja, allelúja. Jurávit Dóminus, et non pænitébit eum: Tu es sacérdos in ætérnum, secúndum órđinem Melchisedech. Allelúja. (Eccli. 45: 9) Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ índuit eum. Allelúja.

GOSPEL Matthew 16: 13-19

In illo témpore: Venit Jesus in partes Cæsaráe Philíppi, et interrogábat discípulos suos, dicens: Quem dicunt hómines esse Fílium hóminis? At illi dixerunt: Alii Joánnem Baptístam, álii autem Elíam, álii vero Jeremíam aut unum ex Prophétis. Dicit illis Jesus: Vos autem quem me esse dicitis? Respóndens Simon Petrus, dixit: Tu es Christus, Fílius Dei vivi. Respóndens autem Jesus, dixit ei: Beátus es, Simon Bar Jona: quia caro et sanguis non revelávit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiám meam, et portæ inferi non prævalébunt advérsus eam. Et tibi dabo claves regni cælórum. Et quodcúmque ligáveris super terram, erit ligátum et in cælis: et quodcúmque sólveris super terram, erit solútum et in cælis.

OFFERTORY Psalms 88: 21-22

Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliábitur ei, et bráchium meum confortábit eum. (T.P. Allelúja.)

SECRET

Unigéniti Fílii tui, quam tibi, Deus, Pater omnípotens, in honórem sanctórum Pontíficum offérimus, immaculáta hóstia, prosit nobis ad medélam percipiéndam. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Psalms 88: 25

Véritas mea et misericórdia mea cum ipso: et in nómine meo exaltábitur cornu ejus. (T.P. Allelúja.)

POSTCOMMUNION

Da, quæsumus, Dómine, fidélibus pópulis: sanctórum Pontíficum tuórum semper veneratióne lætári; et eórum perpétua supplicatióne muníri. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Gather ye together His saints to Him, who have set His Covenant before sacrifices. And the heavens shall declare His justice, because I am thy God. (P.T. Alleluia, alleluia.) (Ps. 49: 1) The God of gods, the Lord, hath spoken and hath called the earth. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Gather ye together His saints to Him, who have set His Covenant before sacrifices. And the heavens shall declare His justice, because I am thy God. (P.T. Alleluia, alleluia.)

O God, Who bountifully providest for Thy people, and lovingly rulest over them, do Thou, through the interceding merits of the Chief Bishops of Thy Church, give the Spirit of Wisdom to those unto whom Thou hast given the control of its discipline, that the good advance of their holy flocks may be to the Shepherds a source of everlasting joy. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren: Remember your prelates who have spoken the word of God to you: whose faith follow, considering the end of their conversation, Jesus Christ, yesterday, and today: and the same for ever. Be not led away with various and strange doctrines. For it is best that the heart be established with grace, not with meats: which have not profited those that walk in them. We have an altar whereof they have no power to eat who serve the tabernacle. For the bodies of those beasts whose blood is brought into the holies by the high priest for sin are burned without the camp. Wherefore Jesus also, that he might sanctify the people by his own blood, suffered without the gate. Let us go forth therefore to him without the camp, bearing his reproach. For, we have not here a lasting city: but we seek one that is to come. By him therefore let us offer the sacrifice of praise always to God, that is to say, the fruit of lips confessing to his name. And do not forget to do good and to impart: for by such sacrifices God's favor is obtained. Obey your prelates and be subject to them. For they watch as being to render an account of your souls.

I will clothe her priests with salvation, and her saints shall rejoice with exceeding great joy. There will I bring forth a horn to David: I have prepared a lamp for my anointed.

The Lord hath sworn, and he will not repent: Thou art a priest for ever according to the order of Melchisedech. Alleluia.

(After Septuagesima the Alleluia is omitted and the following is said:)

Blessed is the man that feareth the Lord: he shall delight exceedingly in his commandments. His seed shall be mighty upon earth: the generation of the righteous shall be blessed. Glory and wealth shall be in his house: and his justice remaineth forever and ever. *(In Eastertide the Gradual, Alleluia, and Tract are omitted and the following is said:)*

Alleluia, alleluia. The Lord hath sworn, and he will not repent: Thou art a priest for ever according to the order of Melchisedech. Alleluia. (Eccli 45: 9) The Lord loved him and adorned him with a robe of glory. Alleluia.

And Jesus came into the quarters of Cesarea Philippi: and he asked his disciples, saying: Whom do men say that the Son of man is? But they said: Some John the Baptist, and other some Elias, and others Jeremias, or one of the prophets. Jesus saith to them: But whom do you say that I am? Simon Peter answered and said: Thou art Christ, the Son of the living God. And Jesus answering said to him: Blessed art thou, Simon Bar-Jona: because flesh and blood hath not revealed it to thee, but my Father who is in heaven. And I say to thee: That thou art Peter; and upon this rock I will build my church, and the gates of hell shall not prevail against it. And I will give to thee the keys of the kingdom of heaven. And whatsoever thou shalt bind upon earth, it shall be bound also in heaven: and whatsoever thou shalt loose on earth, it shall be loosed also in heaven.

I have found David my servant: with my holy oil I have anointed him. For my hand shall help him: and my arm shall strengthen him. (P.T. Alleluia.)

May the spotless sacrifice of Thine only-begotten Son which we offer unto Thee, O God, the Father Almighty, in honor of the holy Pontiffs, help us to obtain the spiritual remedy. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

My truth and My mercy shall be with him: and in My name shall his horn be exalted. (P.T. Alleluia.)

Grant, we beseech Thee, O Lord, that Thy faithful people may ever find joy in the veneration of Thy holy Pontiffs: and be protected by their unceasing prayer. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.